

gno suo nō potest. quia in regno suo nulluz supra se habet. Similiter nec ab imperatore vel a papa appellari potest. **E**cclio ppter criminis evidentiā. qz vbi crimen notoriuz est appellari nō potest. **T**ertio propter rem nō differendā qz subitares nō recipit dilationē qz foritā ex dilatione detrimentū patere. **S**imiliter ppter hanc triplicē ratione ab illa sententia non poterit appellari. **P**rimo ppter iudicis excellentiā qz iudex ille nullū supra se hz. sed ipse omnes excedit ceteritate dignitate. et potestate. **N**on ab imperatore vel papa aliquā modo possit appellari ad deū. a deo aut ad nulluz liz appellari qz supra se nullū habet. **E**cclio ppter criminis evidentiā. **D**ia enim crimina et scelerata reproborū ibidez nota erunt et manifesta Iero. **A**d erit dies illa in qua facta nostra qz in quadam tabula picta demonstrabunē. **T**ertio propter rē nō differendā. **N**ihil ei qd ibi agiē. dilationē patit. sed omnia in momento et in idu oculi peragunt.

**D**e nomine  
**A**ndreas interpretatur decorus. vel respondēs. vel virilis ab andros qd est vir. **A**tel dicit andreas qsi antropos id est homo. ab ana quod est sursum et tropos quod est conuersio quasi suruz ad celestia conuersus et ad suum cretorem eretus. **F**uit ergo decorus in vita. respondens in sapienti doctrina virilis i pena. et antropos in gloria eius.

passionem presbyteri et diacones asie sicut oculis suis viderant conscriperunt

**D**e sancto Andrea aplo

**A**ndreas et quidam alii discipuli trib' vicibus a domino sunt vocati. **P**rimo enim vocauit eos ad sui noticiaz. sicut quando stāte andrea quadā die cuz Johanne magistro suo et alio condiscipulo audiuit a Jože de Jesu. Ecce agnus dei. ecce qui tollit peccata mundi. Et statiz cū alio disciplo venit et vidit vbi manebat Jesus. Et manserunt apud illū die illo. Inueniēs qz andreas fratre suuz Symonē adduxit ad Jesum. **S**equenti autem die ad pīscationis operam redierunt. Post modū secūdo vocauit eos ad sui familiaritatē. **S**icut cum die quidam turbis irruentibus ad Jesū iuxta stagnum genesareth. quod dicit mare galilee/nauim intravit Symonis et andree. et capta multitudine magna piscium. vocatis qz Jacobo et Johanne qui erant in alia naui secuti sunt eum. et itez ad propria redierūt. **S**ed postea tertio et ultio vocauit eos ad sui discipulatum. **S**icut quando ambulante Jesu iuxta idem litus. vocauit eos de piscatione dicēs. Uenite post me et faciā vos pescatores hominum. Qui reliquis omnibus secuti sunt eum. **E**t qz semper postmodum adheserūt. nec ultra ad propria redierunt. Post ascensionem domini diuisis apostolis Andreas apud sichiā. Mathe-

apud mirgundiam predicauit **A**i  
ri aut illi predicatione **N**atheli rei  
spuentes penitus eius oculos erue  
runt et victu incarcerauerunt. Post  
paucos dies eum occidere posuerunt  
**I**nterea angelus domini sanctu  
**M**atheum ire precepit Quo respō  
dente se viam nescire iussit ut ad ri  
pam maris iret. et primam nauem  
quam inueniret intraret Qui iussa  
velocius cōplens ad urbem predi  
cam peruenit angelo duce et p̄spe  
ro vento flante et inuento aperto  
carcere sandi **N**atheli coqz viso fle  
uit plurimum et orauit. **T**unc dñs  
**M**atheo redidit beneficium duorum  
luminū quibus priuauerat eum neq̄i  
cia pccoz **M**atheus igis abinde re  
cessit et anthiochiam peruenit. **A**n  
drea vero mirgū die remaniēte. ira/  
ti illi de euasione **N**atheli **A**ndreas  
apprehendunt et per plateas liga/  
tis manibus pertrahunt. **C**ūqz eius  
sanguis efflueret pro eis orauit. et  
ad xp̄m sua oratione eos cōuertit.  
**I**nde in anthiochiā p̄fiscēs **H**oc  
aut quod dicis de hmōi orbatione  
**M**athei. et restitutione duorum lumi  
nū p̄ **A**ndreā nō puto dignū fide.  
ne in tanto euāgelista minoratio in  
fima denotet quasi sibi nō potuerit  
obtinere quod **A**ndreas ei tā faci  
le impetravit. **Q**uidā nobilis iuue  
nis dū inuitis parentibz apostolo  
adhēsset. parētes eius domum in  
qua morabatur cum apostolo suci  
cenderunt **C**ūqz iaz in altū flamma  
succresceret. puer accepta ampulla

aque sup ignē sparsit et statim ignē  
extinxit **I**llis aut dicent b̄ fili⁹ no  
ster magus effectus est dum per sca  
las vellent ascendere adeo sunt ex  
eccati vt ip̄as scalas penitus non  
viderent **T**unc quidam exclamās  
ait **N**et quid vos stulto labore osu  
mitis! Deus pugnat p̄ eis et vos  
non videtis **F**essate iam ne ira dei  
in vos deseuiat **N**ulti ergo hoc vi  
dentes dño crediderunt **P**arentes  
vero eius post quinquaginta dies  
mortui in uno monumēto sc̄ positi.

**T**Quedā mulier cui dā homicide  
diuncta cū parere nō posset. sorori  
suz dixit **V**ade et p̄ me dyana do  
minā nr̄az inuoca **C**ui inuocāti ait  
dyabol⁹ **T**ur me inuocas. cuz tibi  
p̄desse nō possim. sed vade ad **A**m  
drea apostolū qui sororem tuā po  
terit adiuuare **A**d quez cū venisset  
et apostolū ad sororem p̄citantē  
durislet dixit ei apostolus **R**ede h̄  
pateris. qr male nupsisti. dolose cō  
cepisti. et demones cōsulisti. **S**ed  
penitere et in christū crede. et pueri  
perū prōfice **Q**ua credente aborti  
ū p̄tulit et cessavit dolor. **G**enex  
quidam nomine nicolaus adh̄t apo  
stolū dicēs. **D**ñe ecce iam. lxxx. anni  
sunt vite mec. et semp luxurie descr  
uiui. **A**ccepi aut aliquā euangelium  
sancti **M**athei orans dñm vt amo  
do mihi cōtentiaz largiatur **E**z  
in ip̄o peccato inueteratus. q̄ a ma  
la cōcupiscentia illectus. statim ad  
opus solitum reuertebar **Q**uadāz  
igitur vice cōcupiscentia inflāmatus  
oblitus euangeliuz quod super me

posueram ad lupanar iui. Statiz  
qz meretrix dixit mihi. Egredere  
senex. egredere. qz angelus dei es  
tu ne me cōtingas. neqz huc acce  
dere psumas. video enī sup te mi  
rabilia. Stupefact⁹ ad verba me  
retricis recolui q̄ mecum euangeliū  
detulisse⁹ Nūc ergo sancte dei p  
me int̄cedat tua pia oratio Audi  
ens h̄ beat⁹ Andreas flere cepit.  
q̄ a tertia vscz in horā nonā ora  
uit. et surgens noluit comedē. sed  
ait Non comedam donec sciām si  
dñs miserebit senis hui⁹. Cumqz  
dieb⁹ quinqz ieiunasset. venit vox  
ad Andream dicēs Obtines An  
drea p sene. sed sic ieiun⁹ macera  
sti te. sic et ipse se affligat ieiunijs  
vt saluet. Hic qz et fecit q̄ sex men  
sibus in pane et aqua ieiunauit. q̄  
postmodū plen⁹ bonis operibus  
in pace q̄euit Nenit ergo vox ad  
Andreas dicēs p orationē tuā Di  
colam quē perdidera ad q̄siui  
Quidā iuuenis christian⁹ secreti  
sancto Andreæ dixit. Ar̄ mea pul  
crū me vidēs de opere illico me  
attentauit. Qui dū nullaten⁹ assen  
tire iudicē adiſt volēs i me tāte ne  
quicic crimen retorquere Sz ora  
p me ne moriar tam iniuste. Naz  
accusatus penit⁹ reticebo. malens  
vitā perdere qz matrē tā turpiter  
infamare. Iuuenis igī vocat ad  
iudicū q̄ illuc cū Andreas prosee  
qui⁹ accusat mater constanter fi  
bū q̄ se voluerit violare. Interro  
gat⁹ pluries iuuenis. an res talie  
haberet se. nihil penitus respōde  
bat. Tunc Andreas matri dixit

Trudelissima seminarum. que per  
tuam libidinem filium vnicuz vis  
perire Tūc preposito illa dixit. do  
mine huic homini filius meus ad  
hesit postqz agere voluit. sed neq  
uit. Tratus itaqz iudex iussit pue  
rū in saccum linitū pice et bitumi  
ne mitti et in flumine prōjci. An  
dream autem in carcere reseruari  
donec excogitaret suppliciuz quo  
periret. Sed orante Andrea. toni  
trium horribile omnes terruit et  
terremotus ingens omnes pstra  
uit. et mulier a fulmine percussa et  
aresacta corruit. Orantibus autē  
ceteris. apostolus ne perirent ora  
uit pro eis et omnia cessauerunt.  
Tūc prepositus credidit et dom⁹  
ei⁹ tota. Tūc autem esset Andreas  
apostolus in ciuitate Nice  
na dixerūt ei q̄ extra ciuitatē erāt  
secus viam septem demones. qui  
pretereūtes homines occidebāt.  
Quibus ad iussum apostoli ante  
eum in specie canum venientibus  
precepit vt illuc irent. ubi nulli ho  
minum nocere posset. Qui statim  
euauercunt. Illi autē hoc viso. fi  
dem christi receperunt. Et cuz  
venisset ad portam alterius ciui  
tatis. Ecce quidam iuuenis mor  
tuus ferebatur. Querente aposto  
lo quid ei accidisset. dictum est ei.  
q̄ canes septem venerunt. et eum  
in cubiculo necauerūt. q̄ lacrimās  
apostol⁹ ait Scio domine q̄ de  
mones fuerūt quos a Nicena vi  
be repuli. dixit qz patri Quid da  
bis mihi si suscitaero filium tuū?  
Qui ille Nil carius eo possideo. i/

plum ergo tibi dabo. Et facta ora  
tione surrexit et apostolo adhesit.  
**T**um quidam viri numero qua-  
draginta ad apostolū nauigio ve-  
nirent ut ab eo fidei doctrinā acci-  
perent ecce a dyabolo mare conci-  
tatur et omnes summerguntur. Cū  
autem eorum corpora ad litus de-  
lata fuissent ante apostoluz depor-  
tantur. et continuo ab eo suscitantur.  
**Q**ui omnia que sibi acciderāt nari-  
rauerunt. **A**nde i quodam hymno  
iphius legitur Quater denos iuu-  
nes summeros maris fluctibus vi-  
te reddit vībus. **B**eatus ergo  
**A**ndreas in achaia consistēs totā  
eam ecclesias impleuit. ac populos  
ad fidem christi conuertit. vxore qz  
**E**gee proconsulis fidem christi do-  
cuit. et sacro baptismi fonte regene-  
rauit **A**udiens h Egee pathras  
ciuitatem ingreditur. compellēs o-  
mnes christianos ad sacrificia ido-  
lorum. **C**ui occurrentis sanctus An-  
dreas dixit Oportebat q tu qui iu-  
dex hominum esse meruisti. iudicem  
tuum qui est in celis cognosceres et  
agnitum coleres. et colendo animā  
a falsis dīs penit' reuocares. **C**ui  
**E**gee Tu es **A**ndreas qui super-  
sticioram predicas lectam quaz ro-  
mani principes exterminari iul' erit?  
**A**d quem **A**ndreas Romani prin-  
cipes nondū cognoverunt quomo-  
do dei filius veniens docuerit ido-  
la esse demonia que hec docent. vn-  
de offendatur deus ut offensus ab  
eis auertatur. et quersus non exau-  
diat. et non exaudiendo iphi a dy a

holo captiuantur. et captiuati tam  
diu deludantur donec nudi de cor-  
pore exeat. nihil secum preter pec-  
cata portantes. **C**ui Egee. **I**sta  
vana christus vester predicās cruci-  
cis patibulo est affixus **C**ui **A**ndre-  
as Pro restauratione nostra. nō p-  
culpa sua crucis patibulum sponte  
suscepit **A**d quez Egee dixit **C**ū  
a suo discipulo fuerit traditus. a iu-  
deis detentus. et a militibus cruci-  
fictus. Quomodo tu dicis eū spon-  
te crucis subiisse supplicium? **T**unc  
**A**ndreas quinqz rationibus cepit  
ostendere christum voluntarie pas-  
sum fuisse scilicet ex eo q passionez  
suam preuidit. et discipulis futuraz  
predixit. Ecce inquiens ascendo ie-  
rosolimam ic. **E**t ex eo q **P**etro eū  
ab hoc auertere cupienti. dure indi-  
gnatus fuit dicens **V**ade post me  
sathanā ic. **E**t ex eo q proditorem  
precognouit cum panem intinctuz  
ei dedit. nec tamē vitavit. **E**t ex eo  
q locum in quo proditorem ventu-  
rum sciebat elegit. **E**t his omnib'  
se interfuisse asseruit. **A**ddidit qz  
**A**ndreas q misterium crucis mai-  
gnum esset. **C**ui Egee **M**isterium  
dici non potest sed supplicium. **M**e-  
rum tamen nisi dictis meis obtem-  
peraueris ipsum misterium in te faciā  
experiri **C**ui **A**ndreas. si crucis pa-  
tibulum expuescerem crucis glori-  
am non predicarez. **A**udire te volo  
misterium crucis si forte credas ag-  
nitum ut salueris. **T**unc ei cepit mi-  
steriaz redēptionis pandere et qz  
congruum et necessarium fuerit qn

89

qz rationibus persuadere **P**rimus  
est. quia primus homo per lignum  
mortem intulerat preuaricando cō  
gruum fuit vt secundus homo per  
lignum mortem pelleret patiente.

**S**ecunda quia de immaculata ter  
ra factus fuit preuaricator congru  
um fuit vt de immaculata virgine  
nasceretur reconciliator **T**ertia qā  
Adam ad cibū vetitum incontinen  
ter manus extendebat. congruum  
fuit vt secundus Adam in cruce im  
maculatas manus extenderet.

**Q**uarta quia Adam cibum suauē  
vetitum gustauerat. congruum fuit  
ad hoc q̄ contrarium pelleretur cō  
trario vt christus esca fellea cibare  
tur **N**ulta ad hoc q̄ christus no  
bis suam immortalitez conferret  
congruum fuit vt nostram sibi mor  
talitatem assumeret **N**isi enim fact⁹  
fuissest deus mortalis. homo non si  
eret immortalis. **E**tūc Egeas di  
xit **H**ec vana tuis narra q̄ mihi ob  
tempera. q̄ dñs sacrificia omnipotē  
tibus **C**ui Andreas Omnipotenti  
deo agnum immaculatum quotidie  
offerō **Q**ui postquam a toto popu  
lo comestus fuerit viuus et integer  
perseuerat **E**gea quomodo hoc si  
eret requirente. dixit Andreas. vt  
formā discipuli assumeret **C**ui Ege  
as **E**go cum tormentis a te exigaz  
huius rei uoticiam. Itaqz iratus  
iussit eum in carcere recludi. **N**ane  
facto tribunalī sūstitur. et ad sacrifi  
cium idolorum **E**geas cum iuita  
re cepit iterū dicens. **N**isi mihi ob

temperaueris in ipsā quam lauda  
sti crucem faciam te suspendi. **C**ūqz  
ei multa supplicia minaretur. **D**ixit  
**A**ndreas. Quicquid tibi videtur i  
supplicijs magis ex cogita. **T**anto  
enim regi meo ero acceptior quan  
to fuero pro nomine eius in tormentis  
constantior. **E**nīc iussit eum a  
viginti uno militibus cedi et cæsum  
manibus et pedibus cruci alligari  
vt sic longiorem reciperet cruciatū.  
**C**ūqz duceretur ad crucez factus  
est concursus populorum dicentium  
**I**nnocens sanguis eius sine causa  
damnatur. **Q**uos tamen rogauit  
apostolus ne suū martyrium impe  
dirent **A**videns autem crucem **A**n  
dreas alonge salutavit eaz dicens  
**G**alue crux que in corpore christi  
dedicata es q̄ ex membris eius tan  
q̄ margaritis ornata. anteqz te a  
scenderet dominus timorem terre  
num habuisti. modo autē amorem  
celestium obtinens pro voto susci  
peris. **S**ecurus ego q̄ gaudens ve  
nio ad te. ita vt tu exultans suscipi  
as me discipulum eius qui pepen  
dit in te. quia amator tuus semper  
fui. et desideravi amplecti te. **O** bo  
na crux que decorem et pulcritudo  
nem de membris domini accepisti.  
diu desiderata. sollicite amata. sine  
intermissione quesita. et iam concu  
piscenti animo preparata. **A**cce  
me ab hominibus. et redde me ma  
gistro meo. **N**it per te me recipiat  
qui per te me redemit. **E**t hec di  
cens se exuit et vestimenta carnifici  
bus tradidit. sic q̄ euz in cruce ubi

missus fuerat suspēderūt. In q̄ bi  
duo viuēs. xx. milib⁹ hoīz astaciū  
p̄dicauit. Tunc minante turba c/  
gee mortez ⁊ dicente virū sanctū  
mansuetū ⁊ piuz non debere pati  
ista ⁊ erat cū clamantibus strato  
cles frater andree. Venit egeas  
vt ipsū deponerz. Qūe videns an  
dreas ait. Quid tu ad nos venis  
ti egea. Si p̄ penitencia venisti. ip  
sā dseq̄ris. si aut̄ vt me deponas  
scias quia ego viuus de cruce nō  
descendam. Nam enim video re/  
gem meum qui me expectat. Et  
cū vellent eum soluere. nullo mō  
poterāt ad eum ptingere. quia sta  
tim corū brachia stupida redde  
bantur. Videntes autem andreas  
q̄ plebs euz volebat deponē hāc  
orationē in cruce fecit vt dicit Au  
g⁹ i li. de pñia. Ne pmittas me do  
mie descendere viuū. sed tps ē vt  
commendes terre corpus meum.  
Nam diu enim iā crucem portauit  
Nam diu sup cōmēdatū gregē vi  
gilaui et laborani q̄ iam velle ab  
ipsa obediēcia liberari. ⁊ isto gra  
uissimo vestimento expoliari. Re  
cordor qntū i portādo onerosum  
et i domādo supbū. in fouendo in  
firmum. in coercēdo lentum labo  
raui. Tu scis domine quociens a  
puritate contemplatiōnis retrahē  
me contendebat. quociens a dul  
cissime quietis sonno me excitare  
obtendebat. quantum et quociēs  
dolorem ingēbat. Qui igitur tam  
diu pater benignissime pugnanti  
fstiti ⁊ tua ope superauit. a te iusto  
remuneratoē ⁊ pio posco. ne mihi  
id vltra commendes. sed deposi/

tum reddo. Commenda alteri  
corpus. hoc rogo ne me id vltra  
impedit. sed refecturum seruet et  
reddat vt et ipsum q̄q̄ meritum  
sui laboris recipiat in eternū. Ter  
re illud omēda vt me amplius vi  
gilaē nō oporteat ⁊ libē ad te son  
te in deficiētis gaudij tēdere anxi  
antem iā nō retrahat. nō impedi  
at. Hec augustin⁹ Ihs⁹ dictis splē  
dor nūius de celo veniens. dimi  
dia hora eum circundedit. ita vt  
nullus eū videre posset. et absce  
dente lumine simul cum ipso lumi  
ne spirituz tradidit Maximilla ve  
ro vxor egee tulit corpus aposto  
li q̄ honorifice sepelivit. Egeas ve  
ro anteq̄z domuz rediſſet. arcep̄  
ta demone in via corā ōmb⁹ expi  
ravit. Vident q̄z de sc̄pulchro sācti  
Andree manna in modū farine.  
et olim cū odore suanissimo ema  
nare. a quo que sit anni futuri fer  
tilitas incolis regionis ostendit.  
Nam si exigue pf̄luit. exiguuuz ter  
ra exhibet fructū. si copiose. copio  
sum. hoc forte antiquit⁹ verū fu  
it. sed modo eius corpus apud sā  
stātinopolim translatum phibetur  
¶ Ep̄us quidā religiosam agens  
vitam. beatum andream inter ce  
teros ⁊ supra ceteros sāctos in ve  
neracione habebat. ita q̄ in suis  
operibus hūc ser per titulum pre  
ponebat. Ad honorēm dei et bea  
ti andree. Invīdens igit̄ viro sāc  
to hostis antiquus ad eum decipiē  
dum tota calliditate se contulit. sa  
q̄z in formam pulcherrime mulie  
ris transformauit. Venit ergo ad  
palacium episcopi ascerens se velle

consisteri eidem. **M**andat Episco-  
pus ut suo penitentiario confiteat  
cui plenitudo nez tradiderat potes-  
tatis. **R**enticiat illa qd nulli homi-  
nū nū sibi secerata conscientie sue re-  
uelabit. **S**ic qd victus Episcopus  
eam ad se venire precepit. **C**ui illa  
**O**bsecro domine miserere mei. Ego  
enim in annis puellaribz vt cerni-  
tis constituta. et a puericia delica-  
te nutrita necnon a regia stirpe p-  
genita huc i peregrino habitu so-  
la veni. Nam pater meus rex est q  
potens valde. qui cuidaz magno  
principi volebat me in coniugium  
sociare. **C**ui respondi qd omne  
thorum abominabar materialem  
quia virginitatem meam christo i  
perpetuum dedicaui. et ideo nun-  
quam possem in carnalem copulā  
consentire. **D**eniqz sic artata opos-  
tebat me aut eius voluntati obedi-  
re. aut certe diuersa sibi supplicia  
Latenter fugaz inqz magis eligēs  
exulare qd sponso meo fidē infrin-  
gere. **A**udiens vero vestre sancti  
tatis preconiu. **N**ō alas vestre pro-  
tectionis fugi. sperans me apud  
vos locū reperire quietis. ybi pos-  
sim contemplationis capere secre-  
ta silentia. presentis qd vite vitare  
nausfragia. et perturbationes mū  
di fugere perstrepantis. **N**omirās  
in ea Episcopus nobilitatez gene-  
ris. pulcritudinē corporis. tam im-  
mensum decorum. et tante eloquē-  
tie venustatē. placida et benigna  
voce r̄spōdit. **E**sto secura filia. nec  
formides. quia ille ob cuius amo-  
rem te et tuos et tua tam viriliter

contempſisti. tibi ob hoc in presen-  
ti cumulum gratie qd in futuro ple-  
nitudinem glorie largietur. **S**ed q  
ego seruus eius. me et mea tibi of-  
fero eligas qd tibi vt placuerit mā-  
fionem. **V**olo autē vt mecum ho-  
die pādere debeas. **C**ui illa. **N**o  
li inqz pater. **N**oli de hac re me ro-  
gare. ne forte ex hoc aliqua male  
suspitionis causa proueniret. et ni-  
tor fame nostre denigrationez ali-  
quam patere. **N**ō quam Episco-  
pus dixit. **P**lures erimus et non  
soli. et ideo nullus male suspitois  
scrupulus poterit generari. **V**eni-  
entes itaqz ad mensaz episcopus  
et illa ex opposito considerūt. cete-  
ris hinc qd inde residentibus. **I**ntē-  
dit in eaz Episcopus crebro. eius  
qd faciem intueri nō desuit et pul-  
critudinē admirari. sic qd duz ocu-  
lus figitur. animz sauciatur. et du  
eius faciem non desinit intueri. an-  
tiquus hostis cor eius graui lacu-  
lo vulnerauit grauiter. **P**erpēdit  
iþe diabolus hoc et pulcritudinē  
suaz cepit magis ac magis auge-  
re. **T**anqz Episcopus prim⁹ erat  
consensu ut eam de illicito opere  
attentaret. quādo possiblitas se  
offerret. **T**unc subito peregrinus  
venit ad hostiuz crebris ictibus q  
magnis clamoribz sibi postulans  
aperire. **T**unqz sibi aperire nollēt  
et ille clamoribus qd ictibus nimis  
eis fieret importun⁹. **I**nterrogat  
Episcopus mulierem si ingressum  
illius hominis peregrini accepta-  
ret. **C**ui illa. **P**roponatur sibi aliq  
qstio satis grauis quā si encodare

sciuerit admittat. Si autem nescierit  
tacitum inscius et indignus episcopi plentia  
repellaat. Fauent oes ei sentencie  
et quis sufficiens esset hanc questionem  
nem proponere sciscitur. Cumque nul-  
lus sufficiens iuenerit. episcopus dixit.  
Quis enim nostrum ad hoc tam suffici-  
ens est quod vos omnes. que ceteros  
nos et eloqueta pceditis et sapi-  
entia plena nobis omnibus rutilatis.  
Vos igitem haec proponite questionem.  
Tunc illa dixit. Interroget quod est  
maiorem miraculum quod deus vobis in p-  
ua re fecerit. Interrogata de his per-  
regrinorum numerum dixit. diversitas et  
excellentia facies. Inter tot enim  
homines quod fuerunt ab inicio mun-  
di et usque in finem futuri sunt duo re-  
piri non possent quoniam facies per oia  
similes essent. In ipsa quoque tam mi-  
nima facie deo ipotens oes sen-  
sus corporis collocavit. Audientes  
oes eius responsione admirantes di-  
cerunt vera et optima solucio questionis.  
Tunc mulier ait. Proponas  
sibi secunda questione grauior in qua melius  
possimus eius sapientiam experiri.  
Querat ab eo ubi terra sit altior  
omni celo. Periculatus de hoc pe-  
grinus respondit. In celo emperio ubi  
residet corpus Christi. Corpus enim  
Christi quod est altius omni celo est de nostra  
carne formatum. Porro caro nostra  
quodam terrena substantia est. Cum igitur  
corpus Christi super oes celos sit et  
de nostra carne originem duxerit  
caro autem nostra de terra sit condi-  
ta. Constat quod ubi corpus Christi resi-  
det. Ibi periculatio terra altior ce-  
lo manet. Resert numerus quod respo-

det pegrinus. Et ecce responsio  
ne eius mirabiliter approbat et  
magnifice eius sapientiam laudant.  
Tunc itez illa dixit. Fiat ei tercia  
questione grauissima et occulta et ad  
soluendum difficultis et obscura ut  
sic eius sapientia tertio cōprobetur  
etiam dignus sit quod ad mensam episcopi  
merito admittatur. Querat igitur sic  
ab eo quantum spaciū sit a terra  
usque ad celum. Requisitus de hoc pe-  
grinus numerus dixit. Vnde ad eum  
quod te misit ad me et de hoc cum diligenter  
genius pertinet. Ipse enim melius  
me nouit et ideo tibi de hoc me  
lius respondet. Nam ipse illud spaciū  
mensurauit quoniam de celo in abyssum ceci-  
dit. ego namque de celo cecidi et ideo  
illud spaciū namque taliter mensurauit non  
est enim mulier sed dyabolus qui se posuit  
in similitudinem mulieris. Audiens  
hec numerus vehementer expauit  
et ea quod audierat coram omnibus reci-  
tauit. Mirantibus itaque omnibus et  
stupentibus antiquis hostis de  
medio eorum evanuit. Episcopus autem redi-  
ens ad se amare redarguit seipsum  
et de perpetrata culpa veniam lame-  
tabiliter precebat. Nisi quisque numerus  
ut introduceretur pegrinus sed ne  
quaquam amplius inueniret. Episcopus  
vero tunc populū conuocauit et ei  
evidenter exposuit ordinem geste rei.  
Precepitque ut oes ieunias et ora  
conubus insisteret. si forte dominus ali-  
cui reuelare dignaret quoniam ille  
pegrinus fuerit qui cum a tanto pe-  
riculo liberauit. Reuelatum est illa  
nocte episcopo beatus Andreas fu-  
erit qui liberacione episcopi se posuerit.

b i

In habitu pegrini. Cepit igit̄ ep̄s  
i deuotione bti Andree magl. cre  
scē ac eū exinde in reuerētia h̄e  
Cum at̄ p̄posit̄ cuiusdam citatis  
agrū sc̄i Andrec abstulissz q̄ ob h̄  
grauissimis febrib̄ orāte ep̄o fuis  
set arrept̄. ille ep̄m rogauit vt p̄  
se oraret q̄ agrū sibi redderet. ¶  
cū orāte ep̄o sanitatem recep̄isset  
agrū iterū usurpauit. Tunc ep̄us  
orōni se dedit q̄ ecce oēs lāpades  
fregit dicēs. hic lumē nō accēdēt.  
Donec dñs se d̄ suo inimico vindi  
cet q̄ ecce rē quā amisit recuperet  
Et ecce p̄posit̄ iterū grauissimis  
febrib̄ laborauit. Miser q̄z nūcios  
ep̄o vt p̄ se oraret q̄ agrū suuz et  
elīu sibi n̄l em sibi reddēt. Eui cū  
ep̄s redderet iā orauit et exaudiuit  
me dñs. ipse ad ep̄m se portari fe  
cit q̄ vt ecceaz intraret ad orādum  
ep̄m coegit. Et dū ep̄us ecēam in  
gredit̄ ille subito morit̄. et ager ec  
clesie restituuit.

**D**e sancta Barbara Requie in  
**D**e nomine C fine

**N**icola? dicit a nicos qđ ē vi  
ctoria. q̄ laos qđ est p̄pls q̄si  
victoria p̄pli. i. viciorū q̄ p̄plaria s̄t  
et vilia. Nel dicit victoria p̄pli q̄a  
multos populos vita q̄ doctrina  
docuit vicia et peccata vincē. vel  
Nicola? a nicos qđ est victoria et  
laus q̄si victoriosa laus. Cuius le  
gendā doctores argolici scripsie  
rūt. Est at̄ argos s̄m. Nid ciuitas  
grecie. vñ argolici greci vocātur.  
Alii q̄z legit̄ q̄ Methodius p̄v  
archa ea grece scripsit. quā Job  
diacon? in latinū translulit et plu

**D**e s. Nicolao Cra addidit  
**N**icolaus ciuus patere vrbis ex

diuitib̄ et sanctis parentibus ori  
ginez traxit. Pater ei? Epiphan?  
Mater ho Johanna dicta ē. Quē  
cum in primeuo iuuentutis sue flo  
re parentes genuissent. deinceps  
continenter viuētes celibem vitā  
duxerunt. Hic prima die dum bal  
naref erect̄ stetit in pelui. insuper  
q̄ta et serta feria tm̄ semel vbera  
sugebat. Fact̄ aut̄ iuuenis alioz  
iuuenuz deuitans lasciuias ecclesi  
arū potius terebat limina et quic  
quid ibi de sacra sc̄ptura intelligē  
poterat memoriter retinebat. Pa  
rentib̄ ho suis defunctis cogita  
re cepit q̄liter tantā diuiciarū co  
piam nō ad laudē humānā. Sz ad  
gl̄am dei dispensaret. Tūc q̄dam  
conuicanez suis satis nobil̄ tres  
filias virgines ob inopiam prosti  
tuere cogit̄ vt sic infami eaz com  
mercio aleret̄. Qđ vbi sand? ope  
rit. scelus abhorruit et massam au  
ri panno inuolutā in domuz ei? p̄  
fenestrā nocte clā iecit clam q̄z re  
cessit. Mane surgēs hō massā auri  
repperit q̄ deo gr̄as agēs p̄mo ge  
nite nuptias celebravit. Nō mltō  
p̄ tpe dei famul? sile peregit op?.  
Qđ rarsus ille reperiens q̄ in lau  
des immensas p̄umpens decete  
ro vigilare p̄posuit vt sciret quis  
ēt q̄ sue inopie s̄buenisset. p̄ pau  
cos etiā dies duplicatā auri mas  
sam in domū p̄iecit qđ cui? sonitū  
ille excitat̄ q̄ nicolaū fugientē inse  
quis. tli q̄z voce alloquit̄. siste gra  
du te q̄z aspectui ne s̄brahas n̄o  
sicqz accurres veloci? nicolaū hūc  
ēt cognouit q̄ mor humi p̄stratus  
osculari volebat pedes ei?. qđ ille  
refugiens ab eo exegit ne eum q̄